

Morsio 24 (144)



**C**AROLVS **R**omanorum **I**mperator semper augustus, ac **H**ispaniarum vtriusq[ue] Sicilie Hierusalem Hungarie Dalmatie Croacie & Rex Archidux Austrie Dux Burgundie Brabantie & Comes babsburgi Flandrie Tirolis. Honorabili Jacobo de Bammissis Consiliario nro deuoto dilecto. Gratiam nram Cesarem & omne bonum. Virtutes & egregia tua merita ac fidelis seruitus quam hactenus impendisti & sollicitis studiis nobis impendere non desinis nos inducunt ut ad gratiam tibi sumus liberales. Cum igitur sicut accepimus legitimo titulo obtineas & pacifice possideas Ecclesiam parrochiale sci Pauli in Eppiano Tridentini diocesi in Comitatu nro Tirolis. que Iurispatronatus nri existit tanq[ue] Comitatus Tirolis. & forte eam resignare intendas. Et quo id ex libito voluntatis tue & cum comodo tuo facere possis. M. oti proprio & ex certa nra scientia de mera liberalitate nra tenore presentium concedimus tibi licentiam. Eandem parrochiale[m] eccliam cuiuscunq[ue] quandoq[ue] & etia quotienscunq[ue] erit in potestate tua cedendi & resignandi eam libere & cu[m] certa annua Pensione tibi uel cuiuscunq[ue] alteri constituenda etia cum reservatione omnium fructuum ad vitam tuam. & semper cum regressu & accessu ad arbitrium & placitum tuum. Etiam tenore presentium constituentes te in hac parte Procuratorem & Mandatarium nrum cum omnimoda potestate nra quotienscunq[ue] contigerit te cedere uel resignare deam Parrochiam. Eundem cui tu cesseris uel resignaueris eam vice & nomine nris. Scissimo dno nro Pape. uel venerabili Episcopo Tridentino ordinario uel Capitulo Tridentini aut illi uel illis qui Ius habent iugitendi presentare & petere ac obtinere legitimam Institutionem. Et quem tu presentaueris. uolumus eum presentato ex nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc haberi & institui debere ac si a nobis ipsis presentatus fuerit. Et quotienscunq[ue] te ad illam regredi contigerit. denuo semper resignare & presentare ut supra possis. Mandantes tenore presentium et Locorum Prefectis & alijs quibuscunq[ue] Officialibus nris. ut cui tu cesseris & quem (ut supra) presentaueris in Possessionem dec[em] Parrochialis inducant & in ea auctoritate nra manuteneant. Constitutoibus nris aut quibuscunq[ue] Reservationibus specialibus uel generalibus aut inscriptionib[us] in Rotulo uel primarijs Precibus aut Nominationibus & presertim speciali quadam Reserva de eadem ecclesia. si Filio Gregorio Lamparter Doctoris Consiliarij nri concessa. quam uti iniustam & contra bonos mores emanatam per presentes reuocamus. & si qua alia emanauerit & in futurum emanaret. ceterisq[ue] in contrarium facientib[us] non obstantibus quibuscunq[ue] decernentes irritum & inane. si secus a quocunq[ue] quomodolibet fuerit attemptatum. Hanc testimonio literaru[m] manu nostra subscriptaru[m] & sigilli nostri appensione munitarum. Datis in Oppido nostro Bruxellis die Vicequarta Mensis Septembris. Anno domini Millesimo quingentesimo Viceprim[o] Regnorum nrorum Romani Tertio. Aliorum uero omnium Sexto.



CAROLVS

Handwritten Latin text, mostly illegible due to fading and damage.

1521 Sept. 24



Motbio 24 (144)

